cyphram vnicam abiici: remanet itaque in vtrâque priſtinus valor. Sic 46051684 † 00. additus ſignificat ad centeſimam partem valoris duas cyphras adiici: & ſubſtractus, quod à centuplo duæ cyphræ reiiciantur: & ſic de reliquis ſuprà expreſſis.

10. *Si itaque ad logarithmum minutum aliquod cyphris addideris, aut à logarithmo aucto cyphris ſubſtraxeris aliquem ex logarithmis ſupraſcriptis totidem cyphrarum, producetur ex impuro logarithmus purus eiuſdem valoris.*

Vt in ſuperiore primo exemplo ſit logarithmus impurus 39156 — 0. purgandus à cyphra ſua & — ſigno, adde ergo illi 23025842 † 0, fiet inde, vt ſupra 23064998. logarithmus purus priſtini valoris. Sic à logarithmo 63584468 † 00. impuro ſi ſubſtraxeris 46051684 † 00. totidem ſcilicet cyphrarum, relinquetur logarithmus 17532784. purus, & eiuſdem valoris, cuius prior ille impurus.

11. *Si ad logarithmum numero defectiuum addideris, aliquem ex ſupradictis logarithmis nonæ ſectionis numero maiorem, proueniet logarithmus eiuſdem valoris numero abundans.*

Vt ad logarithmum — 28595270 — 0000. adde quemuis ex numeris nonæ ſectionis numero majorem, v. g. 46051684 † 00. & fiet inde 17456414 — 00. eiuſdem valoris, & numero abundans.

12. *Logarithmorum in tabula noſtra numero-tenus inuentorum ſinus, tangentes, ſecantes ſeu numerales valores quoſcunque exhibere poteris, per cap. 3. ſect. 11. 14. 22. 25. 28. 30. ſiue ſint puri, ſiue impuri.*

Vt logarithmo 36. graduum & 40. minutorum, qui eſt 5155724. in tertia columna, reſpondet ſuus ſinus 5971586. in ſecunda: & eius defectiuo — 5155724. reſpondet in tabula ſecantium 16745970. ſecans 53. Gr. 20. m. Item logarithmo differentiali 2950794. in quarta columna, reſpondet tangens (in ſua tabula) 7444724 & eius defectiuo 2950794. reſpondet tangens 13432331. graduum ſcilicet. 53. & 20. minut. Sic logarithmi 2204930. in quinta columna numeralis valor eſt in ſexta columna 8021232. ſinus ſcilicet gr. 53. & 20. m. & eiuſdem defectiui ſcilicet —

2204

2204930. numeralis valor eſt ſecans 12466913. conueniens gradibus 36. & 40. min.

Exemplum impurorum.

SIt logarithmi impuri 97796 — 0. inquirendus valor. huic numero-tenus reſpondet in tabula noſtra ſinus 9902681. à quo aufer dextimam figuram (prout — 0. indicat) & fient 990268. valor logarithmi 97796 — 0. quæſitus. Sic logarithmi 25451769 † 00. valor eſt 78459100. quia logarithmo 25451769. puro reſpondet in tabula noſtra ſinus 784591. Item logarithmi — 349136 — 00. in quarta columna, apud gradum 46. reperti, valor erit 103553. quia tangens 46. graduum eſt 10355302. Sic logarithmi — 6350305 — 00. in tertia columna apud gradum 32. reperti, valor eſt 188708, quia ſecans complementi 32. graduum, ſcilicet 58. graduum, eſt 18870800. cuius duæ vltimæ & dextimæ figuræ 00. delendæ ſunt propter — 00. annexa logarithmo.

13. *Logarithmorum datorum, in tabula noſtra non repertorum numerales valores æſtimare.*

Ad vulgares Geodeſias ſufficit plerumque, logarithmi tabulati propinquioris dato, numeralem valorem pro dati accipere: verùm ſi propius ad metam accedere deſideras, logarithmum datum per nonam huius numero-tenus auge, vel minue ſaluo valore priſtino, donec aut in tabula reperiatur, aut alicui tabulato ſatis ſimilis deuenerit, & huius logarithmi valor per præmiſſam inuentus, eſt quem quæris, vt exempli gratia, quæratur valor huius logarithmi 23149721 † 0. cui in tabula non reperitur ſimilis vel ſatis propinquus. verùm ſi ab illo ſubduxeris 23025842 † 0. relinquetur 123879. cui ſub 81 gradu reperietur ſatis propinquus & ſimilis 123881. cuius ſinus 9876883. per præmiſſam inuentus, eſt valor oblati logarithmi 23149721 † 0. quæſitus.

ADMO